

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Claudii Ptolemaei ... Almagestvm Sev Magnae
Constrvctionis Mathematicae Opvs**

Ptolemaeus, Claudius

Venetiis, 1528 [erschiene 1529]

Incipit liber VII [...]

[urn:nbn:de:bsz:31-248650](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-248650)

UM IGI TVR singulaꝝ expositaꝝ sup signationū æquata modo quo diximus tēpora & a tēporibus oriētes/occidētēsq; circuli (q p mediū signorū ē) ptes: & ex descriptiōe positiōes ipsarū in horizōte habeamus: qñq; dē cētrū lunæ aut apparēs ut ī solaribus eclypsisibꝫ aut uerū ut ī lunaribus ī ipso circulo q p mediū signorū est. Inclinationē qdē in prima solis deficiente p̄tula/ & ī ultima lunæ tū deficiēte tū repleti deficiente habebimus ab ipso situ occidētis tūc p̄tis in horizōte. Inclinationē uero quæ ē ī ultima solis q̄ replet: & in lunæ prima deficiēte: & prima q̄ replet ab ipsius tūc horizōtis. Quū aut lunæ cētrū nō est ī circulo p mediū. Capiemus ex tabula cōueniētes multitudini digitorū appositos angulorū numeros: p̄ciemusq; ipsos a cōmunibus horizōtis & circuli q p mediū ē sectionibus. Si cētrū lunæ ipso borealius est in p̄ia deficiēte solis: & ī ultima deficiēte lunæ tāq; occidētalis sectio ad septētrionē sit. In ultima uero solis quæ replet & prima similiter lunæ tāq; oriētalis sectio ad septētrionē sit. Et rursus in p̄ia deficiēte lunæ tāq; oriētalis sectio ad meridiē sit. In ultima uero lunæ q̄ replet tāq; occidentalis ad meridiē sit. Si uero lunæ cētrū Australius sit circulo q p mediū signorū est. In p̄ia deficiēte solis & in ultima deficiēte lunæ tanq; occidētalis sectio ad meridiē sit. In ultima uero solis quæ replet: & in prima lunæ quæ repletur tanq; ad meridiem oriētalis sit: & uisum in prima deficiente lunæ tanq; ad septētrionē orientalis sectio sit. In ultima uero lunæ quæ repletur tanq; ad septētrionē occidētalis sit. Et partem horizōtis ex hac directione constituta habebimus quo uniuersalium ut diximus luminarium partes quæ primas & ultimas eclypsum atq; repletionum signationes recipiunt inclinationem facturæ sunt.

INCIPIT LIBER. VII. PTOLEMAEI MAGNAE COMPOSITIONIS.

¶ Quod stellæ nō erraticæ semper eūdē inter se situm seruant.

Cap. I.

VONIAM in superioribus tā rectæ q̄ decliuis sphaeræ accidētibus/ & ad hæc de rationibus motuū solis a lunæ aspectibusq; ipsoꝝ q ex motibus perspicuū tractatū est. Incipiamus nunc de stellis cōsequēter differere: & primū de iis quæ nō erraticæ uocātur. Ante omnia igit illud dicēdum q̄ nomē hoc recte sibi cōuenit. Ut nō erraticæ appellent: p̄pterea q̄ ipsæ stellæ tum lineationes figuraq; similes tum æquales inter se distātiās cōseruare semper cernūt. Quod uero sphaera ipsarū tota ubi q̄si fixæ circūferūtur ad successionē signorū atq; ad primi mobilis ortū p̄p̄riū quēdā ordinatūq; p̄gressum facere uidetur: nō est in cōueniētiā hāc quoq; sphaerā nō erraticā uocari. Inuenimus enim ita se utrūq; istarū hēre ex apparētibus/ quæ tāto tēpore cernūtur. Hipparcus etiā ab his quæ tunc habebat sup̄p̄tione utriusq; ipsoꝝ habuit: ut de maiori tēpore coniecerit/ magis quā affirmauerit: paucas enim admodū ante ipsum habitas fixarum obseruatiōes inuenit: solasq; ferme quas Aristyllus & Thimocharis cōscripserūt: quæ parū explanatæ nec nō ambiguae sunt: Nos aut apparētia nūcad illa cōferētes idem penitus inuenimus. Affirmaresq; hoc ideo audemus quod lōgioris tēporis cōsideratio nostra est. Et Hipparchi de nō erraticis scriptæ obseruatiōes ad quas maxime nostras cōtulimus explanatissime cōscriptæ sunt/ q̄ igitur nulla mutatio usq; ad præsens situs ipsarum inter se ipsas facta est. Sed eedem penitus etiā nūc figuræ ac lineæ ipsarū cernūtur quæ tempore Hipparchi fuerant obseruatæ/ nec solū earum quæ in zodiaco sunt inter se ipsas aut earū quæ extra zodiacum ad similes stellas sunt: quod certe accideret si solæ s̄m primam sup̄p̄tione Hipparchi quæ ī ipso zodiaco sunt ad successionē signorū p̄grederēt. Sed oīum simpl̄t̄ quæ ī zodiaco sūt/ ad eas quæ lōge ab ipso distāt facile unusq;sq; itelliget. Si multū & sepe ueritatē inq̄reret/ apparētia nūc p̄f̄cis q̄ueniū uidebit. Sed ut lōge inq̄sitiōis labor absit/ paucas obseruatiōes ab illo cōscriptas quas & intellectu faciles putamus: & totā ab eis cōparatiōē ante oculos poni arbitramur breuiter exponemus: propterea q̄ eosdē aspectus & lineationes cōseruari ab iis q̄ extra zodia

cum sunt, tam inter se quæ ad eas quæ sunt in zodiaco aperte ostendunt. ¶ Describit igitur de stellis quæ in cancro sunt, stellam quæ in australi fornice cancri est, & quæ ipsam præcedit, & quæ caput hydri splendida præcedit. Et splendidam earum quæ in canicula sunt, omnes has per tractam proximè lineam esse sitas. Media enim ipsarum mutatur linea extremitatum recta & ad septentrionem & ad ortum per digitum unum cum medio. Et interstitia inter ipsas æqualia esse. ¶ De stellis uero quatuor quæ in Leone sunt, duas ait quæ in capite ipsius. Et ad ortum sunt, & quæ est in ipsa colli (cum alio corpore) coniunctio, & has tres per rectam lineam esse, & rursus quæ linea quæ per leonis caudam & eam stellam quæ in extremitate ursine caudæ ad occasum est intercipit eam quæ splendida sub cauda ursæ est per digitum unum. Et similiter quæ linea quæ per eam quæ est sub cauda ursine, & per caudam leonis transit, coniungit illos qui præcanis stellas præcedunt. De eis uero quæ in uirgine sunt, ait quæ inter borealem uirginis pedem & pedem dextrum Bootæ, duæ sunt quarum australis & splendida quæ pedi booti similis est a linea quæ per pedes est parum ad ortum mutatur. Borealis autem & semisplicita in recta similiter cum pedibus est, & quæ semisplicita de duabus istis duæ spléndidæ antecédunt. Triangulum duum æquili laterum cum semisplicita faciès, cuius trianguli uertex est ipsa semisplicita. Et has ait ad rectam lineam esse tum cum Acturo tum cum Australi uirginis pede. ¶ Et rursus inter spicam & secundam ait ab extremitate caudæ in hydro tres ad rectam lineam sitas esse, quarum mediam in recta ad spicam lineam esse, & ad secundam ab extremitate caudæ hydri similiter.

¶ De illis uero quæ in Libra sunt, dicit eam quæ proximè in recta linea est ad spléndidas forficulium & ad septentrionem spléndidam esse atque triplicem, nam in utraque inquit eius parte parua una collocata est. ¶ De iis autem quæ in scorpione sunt, & per illam (quæ in dextro genu ophiuchi est) æqualiter diuidit spatium quod interiacet inter duas præcedentes quæ in dextro pede ophiuchi sunt, & quæ quantus atque septimus spléndidus, in recta linea sunt, ad spléndidam illam quæ in thurribulo medio est. Et rursus quæ borealis, & illis quæ sunt in basi thurribuli in recta proximè linea, tum ad quantum sphondilium, tum ad illam quæ in thurribulo medio est inter ipsas interiacet, æqualiter fere distans ab utraque.

¶ De iis autem (quæ in Sagittario sunt) scribit quæ in circulo sub sagittario ad ortum atque meridiem duæ sitæ sunt, per tres fere cubitos inter se ipsas distantes. Quarum Australior fulgētior etiā est, & quæ in pede sagittarii est in recta proximè linea est ad mediam trium in circulo spléndidarum & ad ortum in eodem maxime positarum & ad ultimam illarum quæ sunt in quadrilatera figura ex oppositis angulis spléndidæ, & quæ duo inter ipsas spatia æqualia sunt. Et quæ borealis ipsarum ab hac quidem linea ad ortum mutatur. Rectam uero facit ad fulgentes quæ sunt in quadrilatera figura in oppositis angulis.

¶ De iis autem quæ sunt in Aquario (ait) duas contiguas quæ in equi capite sunt. Ad sequentem Aquarii humerum in recta proximè linea esse, cui lineam illam æquidistare quæ est a præcedente Aquarii humero ad stellam quæ in equi maxima collocata est. ¶ Et rursus præcedente Aquarii humerum & spléndidam de duabus quæ in collo equi sunt, & quæ in umbilico ipsius est, in recta linea esse, & spatia inter eas æqualia, & in superlineam, ait quæ per equi rectum, & per eam quæ ad ortum quatuor illas est, quæ in situ illo sunt æqualiter, & ad rectos proximè angulos secari a linea, quæ est per duas contiguas quæ in equi capite collocantur. ¶ De iis uero quæ sunt in piscibus narrat stellam quæ in rictu piscis australis, & in rictu equi, & spléndidam in humeris eius, & spléndidam in pectore in recta linea esse. ¶ De iis autem quæ in Ariete sunt dicit quæ stella quæ basim trianguli præcedit uno digito ad ortum, mutat a recta linea ducta per stellam quæ est in rictu Arietis, & stellam quæ est in sinistro Andromedæ pede, & rursus quæ stellæ quæ sunt in capite Arietis præcedēs. Et medietas basis trianguli in recta linea sunt. ¶ De iis autem quæ in Tauro sunt (ait) stellas succularum quæ ad ortum sunt, & stellam pelliculæ quæ in manu sinistra Orion habet quæ deforis est a meridie numerata in recta linea esse, & quæ linea recta per antecédente Tauri oculum & per septimam a meridie earum quæ in pellicula sunt spléndidam succularum ad septentrionem per unum digitum intercipit. ¶ De iis postremo quæ in geminis sunt (ait) quæ in recta ad capita geminorum linea. Stella quæ est distans a sequenti capite, triplicem eius spatium quod inter capita est, eadem (inquit) in recta etiā est ad australes quatuor quæ in nebula collocantur. Horum similiumque figurarum ac lineationum quæ per totam maxime spheram inter se conferunt, nullam ad hunc usque diem mutationem factam esse uisum.

Post. 260. annos

Afinus australis

demus, quod sensibilibus ad modum cemeretur iam post ducentos & sexaginta fere annos. Si solæ quæ in zodiaco sitæ sunt ad ortum progredierentur. ¶ Verum ut etiã posteriora a pluribus similibusq; figuris ac lineationibus per maiora quoq; tempora inuestigatione facere possint, addemus illarum aliquas quæ a nobis obseruatæ adhuc usq; conscriptæ non sunt, easq; maxime quæ facilius conspiciuntur. ¶ Faciemusq; initium ab ariete. ¶ Stellæ igitur triu in capite Arietis sunt borealiores duæ & splendida quæ in genu ipsi est, & quæ capra uocatur in recta inter se linea sunt. ¶ Rursus linea quæ per capram & splendida succularum transit paulum ad ortum eam interceptit, quæ in precedenti pede aurigæ est. Capra uero & communis inter sequente aurigæ pedem & extremitatem borealis Tauri cornu, & quæ in precedente orionis humero est, in recta linea sunt. ¶ Rursus splendida quæ sunt in capitibus Geminorum. Et splendida quæ in collo hydri est, in recta linea sunt. ¶ Similiter duæ quæ contiguæ in anteriore Ursæ sunt pedem, & quæ in extremitate borealis forficis Cancris est, & borealior de Afinis in recta linea sunt. Ad hæc Australis Afinus, & splendida quæ in canicula est, & quæ inter eas sita fulget caputq; hydri antecedit in recta linea sunt. ¶ Rursus linea quæ recte a splendida quæ sunt in medio collo Leonis ad illam ducitur quæ splendida in hydro est, paulum ad ortum interceptit eam quæ in corde Leonis est, & Linea quæ ducitur a splendida quæ in lumbis Leonis est ad splendidam quæ in posteriore est Ursæ crure quæ est Australis secundum lateris quadrilateræ figuræ paulum ad occasum interceptit duas contiguas quæ sunt in extremitate sequentis pedis Ursæ. ¶ Præterea linea quæ producitur a stella quæ est in posteriore Virginis crure ad secundam ab extremitate caudæ hydræ paulum ad occasum spicam interceptit, & quæ a spica pertrahitur ad stellam quæ in capite Bootæ paulum ad ortum arcturum interceptit. ¶ Spica rursus & quæ in alis corui locatur in recta linea sunt. Spica in super & quæ est in posteriore Virginis crure & borealis ac splendida de tribus quæ sunt in antecedente tibia bootæ in recta linea sunt. ¶ Splendida quoque in forcipibus libræ sitæ, & quæ in extremitate caudæ hydri locatur in recta proxime sunt. ¶ Splendida quoque in Australi forfice sita & arcturus, & media de tribus quæ sunt in cauda Ursæ maioris in recta linea sunt. ¶ Splendida similiter in boreali forfice sita, & arcturus quæ in posteriore crure ursæ est in recta linea sunt. ¶ In super quæ in tibia Ophiuchi sequente & quæ in quinto Scorpionis spodili est, & precedens de duabus quæ locatur in spiculo ipsius in recta linea sunt. ¶ Præcedens uero de tribus quæ sunt in corpore Scorpii & duæ in genibus Ophiuchi sitæ æqualium duum laterum triangulum faciunt. Cuius uertex est precedens de tribus in pectore sitis. ¶ Præterea quæ in anteriore australi quoque talo Sagittarii locatur, secundæ magnitudinis & quæ sita est in spiculo, & quæ in sequente genu Ophiuchi in recta linea sunt. Adhuc quæ in genu eiusdem pedis Sagittarii est, Coronæ propinqua, & quæ in spiculo, & quæ in antecedente genu Ophiuchi est, in recta linea sunt. Linea uero quæ a stella splendida in lyra collocata ad illam ducitur quæ in cornibus Capricorni est paululum ad ortum splendidam stellam interceptit quæ in aquila est. ¶ Linea quoque a stella fulgente in Aquila sita ad stellam primæ magnitudinis in ore Australis piscis locata producitur æqualiter proxime diuidit spatium quod inter duas splendidas in cauda Capricorni sita est. ¶ Linea in super quæ protrahitur a stella primæ magnitudinis quæ est in ore Piscis ad stellam in rictu equi sitam paulum ad ortum splendidam illam interceptit quæ in sequenti humero Aquarii collocatur. ¶ Ad hæc omnia quæ sunt in buccis duorum australium piscium & precedentes ex collocatis in quadrilatera equi figura in recta linea sunt. ¶ Has figuraciones si quis constellationis solidæ Hipparchi spheræ illisq; lineationibus accomodet, easdem proxime fuisse inueniet, quæ tunc obseruatæ sitæq; in spherâ, & modo conscriptæ sunt.

¶ Quod non Erraticæ etiã spherâ, motu quodam ad successionem signorum progreditur. Ca. II

Spherâ 3 mouetur ad successionem signorum utpote ab occasu in ortum in 100. annis uno gradu.



¶ QVOD IGITUR unus & idem respectus inter se motusq; omnium stellarum simpliciter sit, quæ non erraticæ uocatur. Ab his & similibus per se cuius est. Quod autem spherâ etiã istarum proprium habeat motum ad contraria primi motus, hoc est ad successionem circuli quæ per utrosque polos est, & quæ notialis, tum eius quæ maximus per medium signorum describitur. Inde maxime patet, quod ipsæ stellæ non ea

dem spatia olim & nostris temporibus ad solstitialia & æquinoctialia puncta cōseruant: sed semp̄ in posteriori tēpore maiore spacio ad successionē eorundē signorum distare inueniuntur. Nam & hipparchus in tractatu de transgressione solstitialiū æquinoctialiumq; punctōrū: lunaribus propositis eclipisibus partī i ætate sua obseruatis partī multo prius a Thimocaride/colligit spicā stellā in temporibus quidē suis sex gradibus ab autumnali puncto ad precedentia remotiorem fuisse/in temporib⁹ uero Thimocaridis octo gradibus proxime: sic enim concludens ait Spica ergo autūna le punctū octo gradibus prius secundū longitudinē signorum precedebat: nunc uero sex gradib⁹ p̄cedit: rāto etiā ferme spacio in ceteris erraticis quas cōtulit ad successionē signorū motas fuisse ostēdit: & nos q̄ modo sunt spatia nō erraticarū ad solstitialia & æquinoctialia p̄cta cōseruetes/ad illa q̄ obſuata cōscripta q; ab Hipparcho fuerūt. Inuenimus p̄portionalit̄ illas ad successionē eē p̄gressas: inmati autē hoc sum⁹ p̄ organū ad obseruationes p̄ticulariū distātiarū lunæ a sole nobis p̄paratū hoc modo.

¶ Alterꝝ astrolabii circulū ad motū lunæ in hora obseruatiōis apparēter habitū constituimus: alterū ad stellā q̄ p̄spiciebat huc & illuc remouētes accōmodauimus. Ut simul & luna & stella in suo loco p̄spicerētur. Et sic distantia usq; ad lunam singularū fulgentium stellarū locos accepim⁹ sic exēpli gratia. ¶ Secūdo Antonini anno pharothi. Die nono/sole in alexādria occidente: & ultima tauri parte in mediū celi angulo collocata/hoc est post meridiē diei nonæ horis. 5.30. apparentem lunā distetisse a sole tribus gradibus piscium: p̄specto partibus. 92.7.30. & post mediam horam post solis iā occasum quarta parte geminorum in medio celi constituta / luna quæ apparenter in eodem situ p̄specta/stellam quæ in corde leonis est p̄ alterū astrolabii circulū p̄spiciebamus distare ad successionē a luna in circulo per mediū signorū gradib⁹. 57.10. sed sol primum (secūdū uerū ei⁹ motū) gradus. 3.3. p̄xime obtinebat/quare luna quocq; (qm̄ apparēter. 92.7.30. gra. ad sequētia distabat ab ipso) gradus geminorū. 5. p̄xime obtinebat: quot certe secūdū cōputationes n̄as obtinere debebat: in media aut hora. 15. sexagesimis p̄xime luna fuit p̄gressa diuersitatēq; habuit ad p̄cedētia p̄ter primū sitū. 5. sexagesimāq; p̄xime: quare post mediā horā luna fuit apparēter in gradib⁹ geminorū. 5.20. stella igit̄ etiā quæ est in corde leonis: qm̄ 57.10. gradibus apparebat ad sequētia: ab ipsa distare. 2.30. gradib⁹ leonis obtinebat: & ab æstuali solstitio. 32.30. gradibus distabat. ¶ Sed in. 50. anno/tertiæ secūdū callippū periodi (ut Hipparchus scribit obseruasse) distabat ab eodē solstitiali p̄cto ad successionē rursus gra. 29.50. Mota fuit ergo stella quæ i corde leonis ē ad successionē circuli p̄ mediū signorū gradib⁹. 2.40. cū a tēpōrib⁹ obseruationis Hipparchi usq; ad principatū Antonini: i quo maxime plurimos nō erraticarū p̄gressus stellarū nos obseruauimus. 265. Anni ferme colligunt̄: ut ex istis: unius gradus ad successionē p̄gressus: in. 100. p̄xime annis factus fuisse inueniat̄: sicut etiā Hipparchus suspicatus fuisse uidet̄: sic enim in tractatu de magnitudine anni scribit: ¶ Si enī inquit p̄pter hanc causam solstitia & æquinoctia ad precedentia signorum non minus per annū q̄ centesimam unius gradus partem mouerent̄. In. 300. certe annis non minus q̄ p̄ tres gradus transgressa fuissent: in eodem modo spicā: & splendidissimas zodiaci stellas a luna p̄speximus: deinde facilius per has ipsas ceterarū quoq; locos sic inuenimus. Ut & spatia eadem proxime seruari cōperiamus: quæ ab Hipparcho fuerūt obseruata: & a solstitialibus & æquinoctialibus punctis. 2.40. proxime gradibus p̄gressas (ultra q̄ Hipparchus cōscripserit) ad successionem inueniamus.

¶ Quod in polis circuli: qui per medium signorum est: ad successionem non erraticarum stellarum sphaera mouetur. Cap. III.



VOD IGITVR NON erraticarum stellarum sphaera tantū proxime progressum ad successionem circuli per medium signorum facit p̄spicuum factum est: cum autem querendus nūc modus progressio nis ipsarū sit/hoc est utrū in polis æquinoctialis an zodiaci p̄ficiat̄: manifestū id qdē fiat: & ex ipso s̄m longitudinē p̄gressu qm̄ circuli q̄ maximi p̄ polos alteri⁹ dictorū describūt̄ iæquales ab altero arcus itercipiūt: nisi oīo p̄uus p̄ lōgitudinē

motus in tanto tempore fiat: ac ideo differentia (quæ propter dictam causam emergit) insensibilis sit: maxime igitur id intelligetur per latitudinis ipsarum progressum: nam in polis illius certe circuli/sphæra ipsarum mouetur ad quem eandem distantiã latitudinis seruire semper cernuntur. ¶ Hipparchus etiam ad zodiaci polos fieri hunc motum consensisse uidetur. Nam in tractatu de solstitialiũ & æquinoctialium punctorum transgressu ab obseruationibus Thimocharidis & suis collegit spicam non ad æquinoctialem: sed ad circulum qui per medium signorum est magnitudinem distantia secundum latitudinem conseruasse: ac duobus gradibus: & prius & posteriori australiorem ipso fuisse: propterea in tractatu de magnitudine anni supponit in zodiaci polis hunc motum fieri: Ambigebat tamen (ut asserit) quoniã nec obseruationes Thimocharidos tempore factas certas putabat: quæ simpliciter nimium captæ fuerint: nec tempus quod interea fluxit ad perfectã rei huius intelligentiã sufficiebat. Nos autem id maioris temporis obseruationibus ita inuenientes: idque in omnibus fere non erraticis: motum earum in zodiaci polis fieri affirmamus: spacia enim ad zodiacum sua/ secundum latitudinem obseruantes: sicut in circulo qui maximus per polos eius describitur eadem ferme illis inuenimus: quæ ab hiparcho conscripta collectaque sunt: uel minimam differentiam: & quantum in ipsis obseruationibus quisque posset errare: ad æquinoctiale uero hæc (sicut in circulo qui maximus per polos eius describitur) spatia obseruantes: nec quod ipsi comprehendimus: scriptis Hipparchi conuenire inuenimus. Nec Hipparchi scripta prius obseruationibus: sed ex omnibus istis eadem latitudo ad circulum qui per medium signorum est reperitur. Sæpe quoque borealiores magis ab æquinoctiali omnino inueniuntur: quæ sunt in semisphæra a brumali solstitio per uernale punctum usque: ad æstiuale solstitium/Australiores autem quæ in opposito sunt: ita ut quæ punctis æquinoctialibus appropinquant in maioribus sint differentis. Quæ uero solstitialibus in minoribus: tantisque fere quantum in proportionali secundum longitudinem progressu: succedentes zodiaci gradus borealiores aut australiores quæ æquinoctialis efficiuntur. ¶ Verum ut paucis intellectu facilibus hoc pateat: exponemus ex utraque dictorum semisphærorum parte conscripta ipsarum secundum latitudinem ab æquinoctiali spatia: sicut in circulo qui maximus per polos eius describitur: ita secundum Thimocharidos & Hipparchi traditiones: quæ secundum nostras obseruationes. ¶ Splendidam igitur quæ in aquila est Thimocharis describit æquinoctiali borealiore gradibus 5. 48. fuisse: Hipparchus quoque similiter. Nos autem inuenimus gradibus 5. 50. ¶ Media uero Vergiliarum Thimocharis. 14. 30. gradibus æquinoctiali borealiore fuisse asserit: Hipparchus. 15. 30. nos autem. 16. 15. ¶ Succulag: autem fulgentis Thimocharis borealiore æquinoctiali fuisse gradibus 8. 45. Hipparchus. 9. 45. Nos autem prioribus. 11. ¶ Fulgentissimam in auriga quæ capra uocatur. 40. gradibus Aristillus conscripsit: Hipparchus. 40. 24. Nos uero. 41. 10. borealiore æquinoctiali obseruauimus. ¶ Stellam quæ in præcedente orionis humero est Thimocharis. 1. 12. Hipparchus. 1. 48. conscripsit. Nos. 2. 30. æquinoctiali borealiore inuenimus. ¶ Eam uero quæ in sequente orionis humero est Thimocharis. 3. 50. gradibus Hipparchus. 4. 20. Nos. 5. 15. æquinoctiali borealiore inuenimus. ¶ Splendidam quæ in canis ore collocatur Thimocharis. 16. 20. gradibus australiore æquinoctiali conscripsit: Hipparchus. 16. Nos. 15. 45. inuenimus. ¶ Præcedentem autem earum fulgentium quæ in capitibus geminarum sita sunt Aristillus. 33. gradibus borealiore fuisse æquinoctiali asserit: Hipparchus. 33. 10. Nos. 33. 24. inuenimus. ¶ Sequentem uero ipsarum Aristillus conscripsit. 30. gradibus æquinoctiali borealiore: Hipparchus totidem similiter. Nos. 30. 10. inuenimus. ¶ Hæc igitur omnium in motu latitudinis in altero dictorum semisphæra (quod æquinoctium uernale continet) comprehensas: posteriores ad æquinoctiale secundum latitudinem respectus borealiores prioribus semper inuenimus: parum quidem earum: quæ sunt prope tropicam puncta: sed illarum multo magis quæ iuxta æquinoctialia puncta sunt: quod sequitur ex progressu ad successionem circuli qui per polos zodiaci est: semper enim succedentes isti semicirculi portiones borealiores præcedentibus fiunt. Maioribusque in diuisis illarum portiones sunt quæ iuxta æquinoctialia puncta cõperiuntur: quæ uero iuxta solstitialia in breuioribus. ¶ In opposito et semisphæra stellam quæ in corde leonis est. Thimocharis scribit borealiore æquinoctiali fuisse gradibus 21. 20. Hipparchus. 20. 40. Nos uero inuenimus. 19. 50. ¶ Spicam Thimocharis. 1. 24. Hipparchus. 0. 36. solummodo. Nos. 30. unum gradum sexagesimis æquinoctiali australiore inuenimus. ¶ Aristillus de tribus quæ sunt in maioris Virgæ

Thimocharis
Aristillus

cauda eam quæ in extremitate ipsius est borealiorem æquinoctiali conscripsit. gra. 61.30. Hipparchus. 60.45. Nos. 59.40. inuenimus. ¶ Secundâ autem ab extremitate & in media cauda locatam Aristillus. 67.15. Hipparchus uero. 66.30. Nos. 65. æquinoctiali borealiorem inuenimus. ¶ Tertiam ab extremitate in ipsa quasi caudæ radice Aristillus. 68.30. gradibus: Hipparchus. 67.40. Nos. 66.15. æquinoctiali borealiorem inuenimus. ¶ Arcturum Thimocharis. 31.30. gradibus. Hipparchus. 31. Nos. 29.50. æquinoctiali borealiorem inuenimus. ¶ De his quæ in forficibus scorpionis splendide sunt eam quæ in extremitate australis forficis est Thimocharis gradibus. 5. Hipparchus. 5.36. Nos. 7.10. æquinoctiali australiorem inuenimus. ¶ Quæ in extremitate borealis forficis est eam Thimocharis ait gra. 1.12. Hipparchus. 0.24. sexagesimis solum borealiorem æquinoctiali reperisse. Nos uero uno gradu æquinoctiali australiorem inuenimus. ¶ Fulgentem in pectore scorpium uocatamq; Antares Thimocharis. 18.20. gra. Hipparchus. 19. Nos. 20.15. æquinoctiali australiorem inuenimus. ¶ Harum autem omnium modo quodam opposito posteriores secundum latitudinem ad æquinoctialem respectu australiores proportionaliter antiquioribus facti respectibus sunt Colligetur ergo etiâ propter hæc motum quoq; sphaeræ fixæ ad successionem secundum longitudinem unius esse gra. proxime in centum annis ut diximus duorum uero graduum & quadraginta sexagesimarum in. 265. annis qui inter obseruationes Hipparchi atq; nostras interfuerunt: & maxime per differentiam latitudinis quæ respectu æquinoctialium punctorum inuenta est. ¶ Vergiliarum enim medium borealius æquinoctiali gradibus. 15.10. Hipparchus reperit. Nos. 16.15. inuenimus. Quare gradus. 1.5. borealius interea factus est: quantum ferme in latitudine ad æquinoctialem. 2.40. gra. circuli per medium in fine Arietis in eodem tempore a progressu ad successionem secundum latitudinem factis differunt. ¶ Capra uero borealius æquinoctiali gradibus. 40.24. ab Hipparco inuenta: &. 41.10. a nobis sexagesimis igitur 48. borealius modo quæ tunc inuenitur. ¶ Quanto rursus ab æquinoctiali per latitudinem distant. 2.40. gra. circuli per medium qui sunt circa medium Tauri. ¶ Quæ in antecedente Orionis humero est. 48. gradibus borealius æquinoctiali ab Hipparco conscripta: sed. 2.30. a nobis reperta est. Est igitur borealius nunc quæ prius. 40. sexagesimis proxime: quantum ferme per latitudinem distant ab æquinoctiali. 2.40. gra. zodiaci qui post duas partes tauri sunt. ¶ In opposito etiâ hemisphaerio similiter Spica borealius ab æquinoctiali. 36. sexagesimis ab Hipparco inuenta est a nobis australior 30. sexagesimis ergo. 1.6. australior modo quæ tunc est. ¶ Quantum rursus ab æquinoctiali distat secundum latitudinem. 2.40. gra. zodiaci quæ circa extremitatem uirginis sunt. ¶ Quæ in extremitate caudæ maioris ursæ est. 60.45. gra. borealius ab æquinoctiali ab Hipparco inuenta: & a nobis. 59.40. facta igitur est australior. 1.5. gra. quantum. 2.40. gra. zodiaci qui sunt in prima libræ parte ab æquinoctiali per latitudinem distant. ¶ Arcturus. 31. gra. æquinoctiali borealius ab Hipparco conscribitur: a nobis uero. 29.50. propterea facta est australior gra. 1.10. quantum proxime. 2.40. zodiaci gradus. Qui in prima similiter libræ parte sunt ab æquinoctiali per latitudinem distant. ¶ Sed ab obseruationibus etiâ istis manifestius profecto fiet quod quærit Thimocharis Alexandria scribit obseruasse. 47. anno primæ secundum Calippum. 76. anno: per iodi octauo Antheferionos/athir secundum ægyptios die uigesimo nono. Tertia hora exeunte australi mediâ lunæ parte prospexisse diligenter inductâ ad tertiâ uel mediâ succedentem uergiliarum partem: & est tempus anno. 465. A nabonassaro Athir secundum ægyptios die. 29. sequente trigesima ante mediâ noctem tribus temporalibus horis: & æquibus. 3.20. sol enim in septimo gradu aquarii erat. Colligiturq; tempus etiâ ad dies æquales ante mediâ noctem ferme horis illis in qua quidam hora uero motu (secundum expositas nobis rationes). 0.20. gra. tauri luna obtinebat: distabatq; a puncto æquinoctiali gra. 30.20. & erat borealius quâ circulus per medium gra. 3.45. prospiciebaturq; in Alexandria per longitudinem. 29.20. arietis gra. obtinere. & circulo qui per medium est borealius gra. 3.35. secunda enim pars geminorum in medio cæli angulo erat: succedens ergo extremitas uergiliarum distabat tunc a uernali æquinoctio ad successionem. 29.30. gra. proxime: adhuc enim centrum lunæ precedens ad ipsam erat borealius: fuit quæ circulus per medium gradibus. 3.40. proxime paululum enim rursus borealius

Hipparchus

Antares. i. cor scorpium

Antheferionis
i. Nouëbris

Metroi Mēsis

erat: q̄ lunæ centrum. ¶ Agrippa uero i bithinia perspexisse scribit duodecimo Anno Domitiani/Metroi (fm ipfos) mēsis die. 7. tertia noctis hora incipiente q̄ luna australi suo cornu succedentem Australemq; Vergiliarum partem obtinuit/ & est annus. 840. a Nabonaffaro tybi secundum ægyptios die. 2. Tercio sequente ante mediam noctem horis temporalibus quatuor & æqualibus. 5. sol enim in quinto grad. sagittarii erat. Ad alexandriæ igitur meridianum ante mediam noctem. 5. 20. horis æqualibus facta obseruatio fuit: ad æquales uero dies horis. 5. 45. In quo tēpore lunæ cētrum uero motu suo. 3. 7. gra. Tauri obtinebat: eratq; circulo qui per medium est borealius gra. 40. 50. In Bythinia uero secundum longitudinē. 3. 15. gra. tauri apparenter obtinebat: & erat borealius circulo per medium gradibus. 4. secunda enim piscium pars i medio cæli reperiebatur: Succedens ergo Vergiliarum pars. 33. 15. gra. tunc per longitudinem a uernali æquinoctio distabat: eratq; borealior q̄ circulus per medium gra. 3. 40. quare patet succedentem uergiliarum partem borealior rem fuisse q̄ circulus per medium secundum latitudinem: & tunc & modo totidem gra. 3. 40. in circulo qui maximus per polos eius describitur: secundū longitudinem autē & ad successionem uernali æquinoctii. 3. 45. gra. esse progressam. In prima enī obseruatione ab eodem æquinoctio. 29. 30. gra. distabat. In secunda uero. 33. 5. fuit autem intermedium tempus annorum. 375. in annis ergo centū uno gradu ad successionem signorum succedens uergiliarum pars progressa est. ¶ Thimocharis rursum Alexandriæ obseruasse scribit trigesimo sexto primæ (secundum calippum) periodi: Elaphebolionos die. 15. tybi uero die. 5. tertia hora incipiente: q̄ luna extremi tate sua quæ erat uersus uernalem ortum ad spicam peruenit: petra iuitq; spica tertiam partem ex diametro ipsius exacte ad septentrionem disseparans: & est annus 454. a Nabonaffaro: Tybi secundum ægyptios die. 5. sequente sexto ante mediam noctem horis tam temporalibus quam æqualibus. 4. proxime: erat enim sol in. 15. piscium gra. ante autem totidem: fore horas æqualium quoq; dierum cōputatio colligit: In qua hora cētrū lunæ uero rursus motu. 21. 21. Virginis gra. per longitudinē obtinebat: distabatq; ab æstiuali solstitio ad successionē. 81. 21. gra. & australi⁹ erat q̄ circulus per medium gra. 4. 50. perspiciebatur autē distare ab æstiuali solstitio gra. 82. 12. australiusq; circulo per medium esse gra. 2. proxime. Medium enim Cancri in medio cæli erat. Quare per ea quæ dicta sunt. Secundū longitudinem quidē. 82. 20. gra. Tunc ab æstiuali solstitio distabat per latitudinem uero. 2. gra. proxime australior circulo per medium erat. ¶ Asserit etiam q̄ in. 48. eiusdem periodi anno Pyanepfionos quidē desinētis die sexto Thoth autē septimo (decima hora per mediam un⁹ hore partem transacta) spica perspiciebatur exacte borealem partem lunæ tangere sup̄ horizontem orientis. & est annus. 466. a Nabonaffaro. Thoth (fm ægyptios) septimo: sequente octauo: ut ipse quidem scribit post mediam noctem. 3. 30. horis temporalibus: quæ sunt æquinoctiales. 4. 7. 30. proxime: sol enim i medio Scorpii erat: cōueniens autē est horis. 2. 30. post mediam noctem totidē enī æqualib⁹ hōis. C. 22. M. 30. 11. in angulo medii cæli reperiunt: & totidē fere uirginis oriunt: quot etiā luna tunc obtinens oriebatur. Sed ad æquales quoq; dies duabus æqualib⁹ horis post mediam noctem inuenimus: quo tempore rursus centrū lunæ uero motu suo. 81. 30. gra. ab æstiuali solstitio distabat: & australius erat q̄ circulus per mediū. 2. 10. gra. perspiciebaturq; 82. 30. gra. secundū longitudinē distare. australiusq; 2. 15. gra. fuisse: q̄re per hanc etiam obseruationem spica totidem: hoc est duob⁹ gra. proxime australior rursus erat q̄ circulus per mediū distabatq; ab æstiuali solstitio. 82. 30. gra. ita i annis 12. q̄ iter duas obseruationes fuerūt: sex pxime sexagesimis ad successionē æstiuales solstitii p̄gressa est. ¶ Menelaus uero geometra pri⁹ ano Traiani Romæ ait obseruatū fuisse Mechir die. 15. sequēte. 16. exacta hora. 10. spicā a luna penitus opertā: nō enim uidebat inquit: sed desinēte hora. 11. uisam fuisse in præcedētib⁹ centri lunæ minus diametro ipsius æqualiter distare a cornibus: & est tēporis anno. 845. a Nabonaffaro Mechir. 15. secundū ægyptios sequente. 16. post mediam noctem quatuor horis tpali⁹ bus (quādo centrum eius ad spicam proxime peruenit) æqualibus uero quinq; Sol enim in. 20. gradu Capricorni erat: ad meridianum autem Alexandriæ horis. 6. 20. & ad dies æquales. 6. 15. pxime. In qua hora centrū lunæ uero motu suo distabat ab

Elaphebolionos

Pianepfionos

Menelaus siue
Mileus Geometra

estiuale solstitio gra. 85. 45. eratq; Australius gra. 2. quarta enim pars libræ in medio cæli erat/hunc igitur spica tunc situm habebat: patetq; ipsam rursus æqualiter Thimocharidos nostroq; tempore australio rem circulo per medium fuisse hoc est gradibus duobus/secundum longitudinem uero ab obseruatione quidem Anni. 36. gradibus. 3. 55. processisse hora illa in annis intermediis. 391. ¶ Ab obseruatione uero anni. 48. gra. 3. 45. In annis intermediis. 375. Ex istis itaq; obseruationibus spicæ motus in. 100. annis unius proxime gradus colligitur. ¶ Thimocharis rursus in Alexandria obseruasse ait Anno. 36. primæ secundum calippum Periodi. Exacto possideonis. 25. die. Phaophi uero. 16. hora decima incipiente. Et cernebatur (inquit) Luna stellam (quæ ad septentrionem est de iis quæ sunt in scorpium frôte/bo reali sua extremitate) tangere. Et est annus. 454. a Nabonassaro/Phaophi (secundum ægyptios) die. 16. sequente. 17. post mediam noctem tribus temporalibus horis: æqualibus uero. 3. 24. Sol enim erat in 26. gradu sagittarii/ad æquales uero dies. 3. 10. in qua hora exacte ab autumnali æquinoctio gra. 31. 4. Luna centrum distabat eratq; borealius circulo per medium gra. 1. 20. apparebat autem secundum longitudinem distare gra. 32. borealiusq; circulo per medium esse gradibus. 1. 12. medium enim leonis in medio cæli erat/borealiissima ergo earum quæ in fronte scorpium sunt secundum longitudinem quidem 32. gra. tunc ab æquinoctio distabat: borealior uero erat circulo per medium gra. 1. 20. proxime. ¶ Menelaus etiam similiter obseruasse Romæ ait primo Traiani anno mechir. 18. sequente. 19. hora. xi. deficiente: perspexissetq; australe cornu lunæ in recta fuisse linea ad mediam: & australem illarum quæ in fronte scorpium sunt/centum uero ipsius ait a recta linea defecisse tantumq; defecisse a media quantum media ab australi. Videbaturq; ait borealem de illis quæ in frôte sunt cooperuisse. Quoniam nullibi cereretur: & est annus a Nabonassaro. 845. Mechir secundum ægyptios. 18. sequente. 19. post mediam noctem: quinq; temporalibus horis: & æqualibus. 6. 10. Sol enim in gra. 23. Capricorni erat. ¶ Ad Alexandriam uero meridianum horis. 7. 30. Totidemq; fere ad dies æquales. In qua hora exacte centrum lunæ ab Autumnali æquinoctio distabat gra. 35. 20. fuitq; borealius circulo per medium gra. 2. 10. apparebat autem secundum latitudinem distare gra. 35. 55. esseq; borealius gra. 1. 20. Extrema enim pars libræ in medio cæli erat: Quare borealiissima earum quæ in fronte scorpium sunt eundem tunc proxime situm obtinebat/perspicuumq; fit qd huius etiam stellæ distantia latitudinis ad circulum per medium eadem olim & nunc est: longitudinis autem. 3. 55. gra. ad successione autumnalis æquinoctii progressa est in annis qui fuerunt inter obseruationes. 391. Quare rursus colligitur huius quoq; stellæ ad successione progressus unius gra. in. 100. annis.

Romæ

Alexandria

¶ De modo descriptionis fixarum.

Cap. IIII.

HVM IGITUR PER obseruationes tum istarum tum aliarum fulgentium similem/ q; collationem & per conuenientem cæterarum ad dictas distantiam: fixarum quoq; sphæram quantum præterita nos tempora potuerunt iuuare: dictum ad successione solstitialium æquinoctialiumq; punctorum progressum facere inuenerimus: Cumq; hunc earum progressum in polis obliqui qui per medium signorum est/non æquinoctialis idest primi motus fieri cognouerimus/oportere putauimus harum cæterarumq; stellarum locos longitudinis atque latitudinis hoc tempore nobis obseruatos/ Qui non ad æquinoctialem: sed ad circulum qui per medium signorum est: perspiciuntur conscribere/determinantur enim per circulos qui per polos zodiaci & per unamquamq; stellam maximi describuntur: quibus consequenter ad suppositam motus rationem necesse est: tum latitudinis ipsarum transitus qui ad circulum per medium signorum sunt easdem semper conseruari: tum longitudinis in successione progressus in æquis partibus arcus æquales pertransire. ¶ Vbi ergo eodem rursus instrumeto: quoniam circuli Astrolabii huius in polis zodiaci circumferentiam (quotquot possibile erat perspiciere usq; ad stellas sextæ magnitudinis) obseruauimus/ Alterum qui totus separatur potestq; secundum latitudinem quoq; in polis obliqui huc & illuc transferri. ¶ Similiter ad stellam quam quærebamus accomodantes/ donec & ipsa per foramen proprii circuli similiter ut prima perspiceretur. hoc enim ita facto facile nobis utrique transitus stellæ quam querebamus per circulum ad ipsam accomodatum demonstrabantur. Cum longitudinis quidem motus per communem sectionem ipsius & circuli per medium determinetur. Latitudinis uero per arcum qui ab eo intercipitur intersectionem predictam: & foramen quod super terram est.

NERVM VT ETIAM hoc modo solidæ sphaeræ cōstellationē expositam habeamus: i partes quatuor per tabulā ipsam distribuimus: de posuimusq; in singlis signoꝝ in ordine quidem primo formationes siderū. **C** In secundo loca stellarum secundum longitudinē, quos in principio imperii Antonini obseruādo colligimus: quasi quartarum initium a solstitialibus: & quinoctialibus punctis rursus constituat. **C** In tertio distantias latitudinis a circulo p̄ medium ad utraq; partē borealē & australem congrue accomodatas. **C** In q̄rto magnitudines stellarū locauimus: latitudinis ergo distantia semper permanent eadem: longitudinis autē loci etiam aliorū tempore motū facile possunt ostendere: si congruentes interiecto tēpore gradus quasi per unū gradum in cētū annis moueant. Cū t̄p̄is quidē p̄teriti motus quærit̄ subtrahamus: cū uero futuri his locis addamus. **C** Informationū autē signationes cōsequēter ad motū qui per polos zodiaci determinat̄: In hac stellarū collocaione intelligēda sunt: p̄cedentes enī ac antecedētes: aut succedētes sequētesq; dicim⁹ illas q̄ zodiaci partes antecedētes p̄cedētesq; aut sequētes atq; succedētes situ obtinent suo Australiores aut borealiores illas appellamus: quæ p̄pingores eiusdē noīs polo zodiaci sunt: formationib⁹ quoq; ipsis p̄ singulas stellas nō eisdē penitus (q̄b⁹ & p̄isci) utimur: sicut neq; illi antiquissimoꝝ qui ante ipsos fuerūt formationib⁹ usi sunt. Multis ergo in locis accomodatiōra ipsis figuris attribuēt̄ uocabula p̄riscoꝝ usum imutauimus: sicut uerbi gratia figuras quas Hipparcus in humeris uirginis locat. Nos ī costis eius sitas esse dicimus: qm̄ distantia earū ad stellas quæ in capite sunt maior apparet: q̄ ad eas quæ in extremitatib⁹ manuū collocantur hoc autē sicut costis accomodat̄ ita penitus alienū ab humeris est: facile tamen per ipsā conscriptoꝝ locorum comparationem diuersæ huiusmodi stellarum signationes intelligi possunt. **C** Est autem expositio constellationum hæc.

C Expositio regularis constellationū hemispherii borealis.

C Formæ boreales.

Nictus,	1	Minoris Vrsæ constellatio p̄ ^a	2		3		4	Vrsæ minor
			Longitudo		Latitudo			
			G	M	G	M		
1		Quæ est in extremitate caudæ	II	0 10	bor.	66 0	3	♃ ♀
2		Quæ post ipsam in cauda est	II	2 30	bor.	70 0	4	
3		Quæ post istam prope radicē caudæ	II	16 0	bor.	74 20	4	
4		Australis stella p̄cedētis lateris figuræ quadrilateræ	II	29 40	bor.	75 40	4	
5		Borealis eiusdem lateris	II	3 40	bor.	77 40	4	
6		Australis earum quæ in sequenti latere sunt	II	17 10	bor.	72 50	2	*
